





A hoc auditu, & consensum pollicita, rem eam famulae cui-  
dam communicat, quam sibi fidam esse iudicabat; illiusque  
opera ad fallendum virum utitur. Circa tempus autem my-  
steriorum (sciunt initiati, quid sit, quod dico) illa quod  
accipit continens, quasi oratura procumbit; famula adfians  
candelicum illi dat panem, quem secum in manu attulerat.  
Hic cum dentibus admoveretur, in lapidem congelascit. Mu-  
lier perterrefacta, meusens, ne quid sibi mali propter eam  
rem, quae divinitus acciderat, contingeret, ad Episcopum  
cursu contendit, ac seipsum prodens, lapidem ostendit adhuc  
mori vestigia habentem, & materiam incognitam, colo-  
remque admirabilem ostendentem, simulque veniam cum  
lacrymis petens, viro suo consensuram se pollicetur. Quod si  
cupiam hoc incredibile videretur, lapis ille testis est, qui  
etiamnum inter clinodia Ecclesiae Constantinopolitanae as-  
servatur. *Sozom. histor. Eccl. lib. 8, cap. 5. Cedren. apud Zo-  
navam tom. 3.*

Anno Domini 1563. Romae adolescens quidam natione  
Turca, annos natus viginti, qui Ancona, ubi cum patre nego-  
tiorum educatus fuerat, egestate compulsus, sese ministerio cu-  
juscumque viri nobilis addidit, quocum assidue templa ac sacra  
mysteria libens adibat: & quia Italicè loqui noverat, ob id  
Christianus ab omnibus habebatur. Aliquot postea evolutis  
mensibus, in gravem incidit morbum; cuius ratione ab hero  
compulsus est ad D. Joannis Lateranensis Xenodochium di-  
vertente: ubi ea lege admissus est, si ex more & instituto  
legum Nosocomii ad confessionis & sanctissimae commu-  
nionis Sacramentum sese prepararet; Is vero timore re-  
pulsae perculsus, conditionem accepit, tacito interim reli-  
gionis Mahometanae seclere. Mirum dictu & auditu sin-  
gulare! Mox ubi sacram communionem sumpsit, & mag-  
nis & iteratis vocibus se baptismum expetere clamavit,  
Turcam se profertens. Qui assabant, extimantes eum de-  
lirare, aut mentis impotens esse, socium Parris, qui tunc  
ibi erat concionandi gratia, accessit loci Praefectus, ut ei  
silentium imponeret, & ad clamorem compelleret. Sed  
frustra: tanta enim animi contentio baptismum expe-  
tebat, ut omnes facile intelligerent, aliquid subesse myste-  
rii, maxime quod asseveraret, se plane interius ardere,  
nec ulla alia ratione aut via juvari posse, quam per baptismi  
ablutionem. Re itaque bene perspecta, & catechesi prius  
praemissa, ablutus est. Primo aquae contactu, & post sacra  
verba prolata, letus & alacer conquievit; qui postmodum  
puriorem Deo animam reddidit. *Luc. Pinellus lib. de S. Com-  
munione.*

GUILIELMUS Abbas in vita S. Bernardi: Agebatur, inquit,  
solemnitas quaedam praecipua, & frater aliquis, quem pro  
secreta culpa ab Altaris sacra communione suspenderat, notari  
timens, & ruborem non sustinens, ad manum ejus cum ceteris  
nimirum praesumptuosus accessit. Intuitus autem eum, quoniam  
causa latens erat, repellere hominem noluit; sed intimo corde  
orabat Deum, ut de tanta praesumptione melius aliquid ordi-  
naret. Itaque sumens homo Eucharistiam, non poterat ad in-  
teriora traicere, & diu multumque conatus, cum nullo modo  
prevaleret, anxius & tremebundus clausam ore servabat. Ex-  
pleta denique hora orationis, patrem sanctum traxit in par-  
tem, cujus pedibus advolutus, cum multis ei lacrymis quod pa-  
tiebatur aperuit, & aperto ore ipsam quoque Eucharistiam  
ostendebat. Increpans autem eum, confidentem absolvit, & si-  
ne difficultate recepit Dominica Sacramenta. *Lib. 1. vita  
S. Bernardi.*

Aliud miraculum non minus illustre. *Require infra  
Tit. Quibus communicatio deneganda?*  
Malus erat Imperator Henricus. *Vide latè inf. Tit.  
Communio sive sumptio Eucharistiae.*

Audi & aliud exemplum de indignè sumente sacram syna-  
xin, quod habetur apud *Svirium in vita S. Engelberti Archiep.  
Coloniensis.* Femina quaedam (inquit) in Paschate cum ceteris  
sacro sanctam percipiens Eucharistiam, terribili Dei iudicio  
cepit spumare, agitare linguam, nec tamen quidquam posse  
eloqui. Ante communionem sanissima fuerat, indignè accedens  
ad Sacramentum, subito in tantum debilitata est, ut nullum  
membrum movere posset. Ab ineunte enim aetate admodum  
dissolute vixerat, & multis onusta peccatis, tam salutarem  
medicinam prosum impetrata sumpsit. Itaque sacra corporis  
Christi communicatio non remedium ei attulit, sed tormentum.  
Periculosum est ergo obliptari uti medicina fortiter alvum  
cicente, nisi prius sumat quippiam, quo peccata materia digeratur.  
Ita ergo peccator obfirmatus & induratus, ne medicinam

corporis Christi ad iudicium accipiat. peccatorum virus & E-  
noxios humores contritione & confessione prius digerere de-  
bet. Porro in crescente in femina, de qua agimus, caelesti ani-  
madversione, in somnis visio ei oblata est, qua didicisti, bre-  
vi curatum iri, si velit locum, ubi casus est Engelbertus Epi-  
scopus, adire. Difficiliter igitur & cum magno labore venit ad  
locum, moxque resinita iurexistit lecto, & cibum potumque  
sumpsit. Deoque gratias agens, promisit se annum censum  
Martyrii illo in loco persolaturam. *Svirius in vita tom. 6, die 7.  
Novemb.*

In valle Lucernensi mysteriorum divinatorum nec infrequens,  
nec inutilis usus fuit, quae ut utilis etiam ab hominibus  
obeantur, prodigiis nonnumquam & miraculis admonentur.  
Quidam cum peccatum, quod conceperat, vomere pra pra-  
dote non posset, eo in confessione praeterito, contaminatissi-  
mo ore & spirum sumere caelestes dapes non dubitavit: sed  
dum levissimam hostiam illapsam in stomachum putat, sen-  
sit ponderosam, veluti plumbum per fauces pectusque de-  
lapsum, quod intolerabili onere cor opprimebat: ecebat:  
quem dolorem mox etiam ardens febris excepit, & tormenta  
crescens in corpore, dum animus resperet. Resipuit tan-  
dem, & excitatus ad spem, peccata sua accurata confes-  
sione detexit: quibus animo liberato ponderibus, vi quo-  
que ponderate levatum corpus. *Ex lit. Societ. in Provin. Me-  
diolan.*

*Vide pleraque Titulo proximi sequenti.*

POENA EUCHARISTIAE NEGLIGENTER  
CUSTODITAE.

*Sigbertus Goblacensis ad an. 1040.* testatur, suo tempore, pre-  
sente Henrico Imperatore, reasificatam esse Ecclesiam S. Ger-  
trudis Nivigellensis, quae ante aliquot annos post negligentiam  
& incuriam effusa sanguinis concremata erat.

Longè vero memorabilior est *Trajectensis historia.* A *Joan.  
Becano*, Clerico & historico Trajectensi, non multo post Si-  
gebergi tempora historice scripta. Sublatum erat Corpus Domini vi-  
viscimum ex duabus in Trajecto Ecclesiis, nec reus aliqui scru-  
tiniò reperiri potuit. Non multo post idibus Maii gravissima  
diluvii plaga totam civitatem atrivit, & Hildebrandus Ab-  
bas S. Pauli, in die Ascensionis Domini sermone ad populum  
faciens, admonuit, ut orationibus, jejuniis, elemosinis super  
negligentiam Domini corporis, divinam placarent iram, alio-  
quin gravior plaga eis immineret. Et ecce, eodem die horren-  
dum incendium Ecclesiam B. Mariae, & maximam partem  
civitatis absumpsit. Quomobrem Godofredus Episcopus itam  
Dei peremisset, litaniae suae Diocesis cunctis fidelibus in-  
dixit, & ipsemet feria 4. Pentecostes, nudis incidens pedibus  
diversa Sanctorum loca cum litaniis devotissime visitavit.  
*Becan. cap. 25.*

CONTEMPTORUM  
ac irritidum poena.

Cum S. Martyres Gervasius & Protasius martyrii certamen  
Mediolani subsissent, & sepulture à Christiani traditi  
essent, tunc quidam Christi fidelis, Liberius nomine, quan-  
dam detrahens particulam de eorum exuviis, beatissimo Syro  
Cicinensi detulit, quae religiose suscipiens, multa signa fecit:  
deinde extra urbis moenia Ecclesiam in eorum memoriam  
construxit. Ubi dum aliquando celebraret Syrus Pontifex, &  
copia filiorum ejus, quos ibi Christo genuerat, facris interestet  
mysteriis, audenter Judaeus, maligno instigante spiritu,  
templum ingressus, corpus Domini cum inter fideles de manu  
viri Dei ore immundo susceperit, & in lutum projecit. Sed ubi  
os, ut egeret, aperuit, digna ultione percussus, facris interestet  
verborum, cunctis audientibus & videntibus, clamare cepit,  
habens in gutture suae malitiae cruciatum; quia iuxta Simeonis  
vaticinium, ut fidelibus vita & exultatio est verbum Dei, ita  
incredulis est pernicies & ruina. Nam tubulosis apicentibus,  
mitro modo corpus Domini in ore videbatur Judaei de-  
pendere, ut ne lingue subter compagi insidderet, nec desu-  
per immundo adhereret palato. Sed postulantibus fidelibus  
pro ejus miseria, vir Dei beatus Syrus sacra Eucharistiae my-  
sterium à Sacrilego ore abstulit, dicens: Ecce nunc liberatus  
es, de caetero cave, ne quid simile facias. Judaeus autem pedi-  
bus ejus advolutus, clamabat, si in Christum credidimus, si  
facri eum baptismus unda perfunderet, ac pio ejus coetu  
adcriberet. Tunc Syrus, Tibi, inquit, omnipotens Deus, gra-  
tias ago, qui Judaicam perfidiam non dedignaris corrigere,  
ut

ut ad unigeniti sui fidem convertantur. Eo autem baptiza-  
to, multi praeterea Judaei Christianorum albo adscripti sunt.  
*In vita S. Cyri & Iuventii, cap. 12. apud Svirium 12. Se-  
pemb.*

Inter alia nefanda Donatistarum flagitia, de subversis Altari-  
bus de Supratis castimonialibus, &c. narrat *Optavus Milevit.  
lib. 2. de Schismate Donatist.* Urbanum Formensem & Felice-  
m Idierensem Donatistarum Episcopos inesse, Eucharistiam  
canibus fundi, non sine signo divini iudicii. Nam iidem canes  
accessit rabie, ipsos dominos suos quasi latrones sancti corporis  
reos dente vindicæ, tanquam ignotos, & inimicos lanjav-  
erunt. *Ex Opt. Milev. lib. 2. cont. Don. Bred. 1. c. 15.*

Hostiam refero, ait *Thom. VValdensis*, quam ego praesens  
vidi oculis carnis meae in Cathedrali Ecclesia S. Pauli Lon-  
dini, ubi venerandus Cantuariensis Antistes felices recorda-  
tionis Thomas Arundelius, filius & frater Comitum, pro lo-  
co iudicii (assistentibus sibi Norvicensis Ecclesiae tunc Prae-  
sule Alexandro & aliis) residens Episcopali sede, verba qua-  
dam & interrogaciones proponebat de fide Eucharistiae: ad  
quendam Sartorem de partibus VVigorniae, deprehensum in  
heresi. Cumque flecti omnino non posset, nec aliud quam  
benedictum panem sacramentum hostiam volebat appella-  
re, vel credere, tandem iustus facere reverentiam hostiae, re-  
spondit blasphemus: Verè, inquit, dignior est aranea reve-  
rentia. At illico de alto culmine tecti descendens ingens, &  
horrida visa aranea, ad os blasphemum directo filo pervenit. Et  
dum factor loqueretur, ut intraret per polluta labia aranea,  
solicite laborabat. Adstrit illustris Princeps Thomas Oxon-  
niensis Dux, tunc regni Cancellarius, vidit prodigium. At  
praedictus Archiepiscopus statim furgens cum aliis, exponit  
omni illic collecto populo, quid ultra manus Domini face-  
ret in blasphemum. Nec mora, cum praetextissima carni Agni  
praeelegit araneam, peccatricem carnem suam flammis de-  
vorandam amittit, ut esset favilla peior aranea. Ecce doctri-  
nam sedam, & amarum errantium, qui Sacramentum opti-  
mum sic in figuram attenuant, ut idolum faciant. *Thom. VVald-  
ens. Gavreticus lib. de verit. corp. in Euch.*

Calamitosa gens Hebraeorum in oppido Bavariae nomine  
Deikendori, sito in litore Danubii, majestatem Jesu Christi in  
divinisissimo Sacramento mirum in modum contempnit, & re-  
ligionem nostram illustrit: id post varias punções in fornace  
ignis posuerunt, illesum tamen ab igni mansit in incude, quam  
maleis percusserunt. Qua re divino nutu cognita Praefectus  
oppidi Hartmannus de Degenperg, cum civibus oppidi, Judaeo-  
rum domus invaserunt, non sexu, non aetati parentes, veritate  
cognita, debitis penis afflixerunt, & neci dediderunt. Sacramen-  
tum observatum in Ecclesia Sepulchri Domini, miraculis variis  
in eo oppido honoratur. *Tim. Bred. lib. 5. col. sac. cap. 5.  
an. 1337.*

Genus hominum calamitosissimum Judaei, novissimè anno  
salutis 1492. die 22. mensis Octobris, in oppido Sternebach,  
sub dominio Principum Magnopolensium, auxilio Petri sa-  
cerdotis, Eleazari Judaeus & complices sui, sacramentum Eu-  
charistiae divinisimum per hostias majorem & minorem ob-  
tinentes, has perforaverunt, & cruor illico profluit, quo lineum  
praecinctum ruborem accepit. Quo miraculo territi ad Petrum  
id deserunt. Princeps autem illorum Balthazar & Magnus  
fratres, re comperta, cum vestigia vulnerum, quae remanserant,  
cernerent, Judaeos cremari fecerunt 30. numero Petrus vero  
praedictus sacerdos se illis vendidisse confessus est, & quomo-  
do post puncturas Judaei. Sacramentum cruentum, & panno  
involutum sibi restituerunt & quod suffoderit in terram, ubi eo  
indicantem, inventum est cruore conspersum. Sacerdos degra-  
datus, & incineratus fectur. In eodem anno loco hodie multa  
fiunt miracula. *Io. Naucl. in Chron. Bred. sup. 17. c. 59.*

Anno 1510. mensis Februarii die 6. intempesta noctis ho-  
ra, circiter vigiliam noctis secundam, homo quidam sacrile-  
gus, nomine Paulus Forin, patria Paumeranus, Ecclesiam futri-  
ve intravit, atque ciborium perfingens, castellam, in qua  
venerabile Sacramentum Eucharistiae reconditum servaba-  
tur, deauratum cum hostiis & particulis duabus consecratis fu-  
ratu est. Sequenti autem die futri pretium existimans, mon-  
strale cum particula una Judaeo cuidam emendum obtulit:  
Nam antea partem alteram indignis furcifer deglutiverat.  
Judaeus vero capillum, five monstrale considerans: Majus,  
ait, & multo esset charius, quod mihi inclusum fuit vasculis;  
quod si portasses, digno pretio redemisses. At sacrilegus ille  
excaecatus malitia, de sinu alteram extrahens hostiam, Judaeo  
appretandam tradidit. Verum Judaeus appeno vili pretio,  
*L. B. Theatr. vitæ Humanæ Tom. III.*

novem grossis, quorum duo triginta florenum Rhenensem E-  
faciunt, Domini & Salvatoris nostri corpus sub Sacramenta-  
libus speciebus velatum ab iniquo venditore emir. Utrumque  
actum sit, mordet reum scelus commissum, timetque semper  
sava & perturbata conscientia; fugit mercator iniquissimus  
ad VVendos, ubi fama pervolante, factum innotuit. Reverens  
tandem ad propria sacrilegus, captus, atque in tortura posi-  
tus crimen confitetur, ac rei gestae ordinem recitat. Judaeus  
vero, qui Dominicum corpus emerat, ad nudam superpositum  
meniam pugione saepius vibrato transforare tentabat; sed Deo  
volente, inter tot punções hostias permanit integra. Quod  
videns malitia excæcatus Judaeus, in furiam actus, dixit: Si  
tu es Christianorum Deus, manifesta te in nomine mille  
Daemoniorum. Quo dicto, citius in tres scissa partes particula  
sanguineo per circumferentiam immaduit rubore. Tertius  
Judaeus particulas panno involutas mensum unum apud se  
retinet, & deinde duobus aliis Brandeburgi & Stendelii mo-  
nastibus singulas particulas mittit; tertia sibi reservata, quam  
rursus mensis impostam pugione conficit, unde sanguinis  
gutture dimanarunt. Conteratus ille, & veritus, se proditum  
iri, particulam absumere nititur; sed non valet: dein mittit  
in aquam, at illa enatat: tertiò in ignem projicit, fed nihil  
id hostiae nocet. Ad extremum sub Palchatis solemnitatem  
azymos coxit panes, particulamque massulae azymi panis im-  
mixtam in furnum iactavit, moxque furnus alioqui obscurus  
resplenduit, & massula illa in Judaei faciem insiluit. Novo ille  
terrore correptus, massulam illam cum particula alteri cuidam  
Judaeo transmisit. Jam res erat prolata in publicum, & mar-  
chio Judaeos omnes in ipsius ditone morantes Berlium acciti,  
& in vinculis teneri iussit. Habita autem ex illis quaestione,  
praeter alia flagitia non parum multa, facti sunt, se intra paucos  
admodum annos septem Christianorum infantes acubus &  
punctionibus permisit. Igitur lata in illos sententia, 40. flammis  
traditi sunt. Tres alii Judaei baptismum perciperunt quidem  
sed postera die duo capite plexi sunt: tertius pluribus pro eo  
rogantibus vita donatus. D. Francisci institutum Berlii com-  
plexus est: Porro ter excaecatus ille sacrae hostiae proditor Pau-  
lus Forin, candentibus diceretis ferris, in cinerem voracibus  
flammis redactus est. Denique Judaei omnes è tota Mar-  
chionis ditone ita proscripti sunt, & extra, ut sub poena ca-  
pitris omni eis reditu interdictum sit. *Svirius in comm. rer. G-  
orbe gest. ann. 1510. ex Rovero Pontano lib. 1. rerum memo-  
rabil.*

Resert *Michael Buchingers* Colmariensis in suo Tyroci-  
nio de sacro Altaris mysterio, ex Cornelio Cornopolitano in  
sua Chronographia, anno salutis humanae millelesimo ducenti-  
esimo septuagesimo tertio Frisum ferè totam submergim  
fuisse fructibus marinis; de isthic perisse plus quam cen-  
tum millia hominum, idque propter convitia & irreveren-  
tiam factam Sacramento Eucharistiae. *Bredemb. lib. 1. coll. fac.  
657.*

Anno Dominicae Incarnationis 1561. antequam Genus  
furor effrenatus erumperet, non minus horrendum, quam me-  
morabile signum circa venerabilem Eucharistiam edidit Deus  
Opt. Max. Noviomagi ad VVahalam fluvium, quae Civitas  
in Ducatu Geldriae, & antiquitate, & populi frequentia, &  
mercimoniis privilegisque celebratissima est. Accidit ibi fe-  
ria 2. Paschae (quae tum incidit in 7. diem Aprilis) circiter  
horam diei nonam, ut sermone in Ecclesia Parochialis simul  
& Collegiata, quae Protomartyri Stephano sacra est, & abso-  
luto, alter parochorum, nomine Antonius Forstius, una cum  
adituro feo custode templi Joanne Haeps accesserent ad  
agrotantem mulierculam, quae in solemnitate Dominicae Re-  
surrectionis ob corporis imbecillitatem in templo non com-  
municabat. Decumbebat autem mulier in platea Regularium  
sic dicta, quod via illa per fundum Canonicorum Regularium  
in ea urbe commorantium jam olim fit munita. Porro in  
altiore vici parte propè vallum oppidi taberna erat merito-  
ria, in qua parum honestè tunc temporis diversabantur tri-  
duo juvenes: uni Noviomagus patria erat, alteri Traje-  
ctum superius ad Mosam: utroque ibidem tum ovum Pa-  
schale, quod vocant, solito more elixum manibus tenente, pe-  
riculo hauriendi poculi cerevisiarum, uter suum prius ovum  
glutiret; Interim adventat pastor praedictus cum venera-  
bili Sacramento oviculum suam infirmam in vicinia com-  
morantem resecturus. Audita per plateam nola, quae perferre-  
batur, Eucharistiae, alter ille, qui Trajectensis erat, in contem-  
ptum tremendi mysterii audacter dixit ad sodalem suum:  
Ego ovum istud, quod manu teneo, citius diglutivero, quam  
Dd 4 agro-



A egrotans muliercula Deastrum illum (Teutonice Dasgoedken) dixit, & protinus hians ovum in os immisit, volens trajicere illud per gulam: Sed esse praesentissimam Dei vindictam, qua praepeditus, nullo modo ovum transmittere potuit. Haerente autem illo in faucibus, cum miser homo se statim suffocatum iri, nec spem vitae reliquam videret, oculis horribiliter contortis conspicit candellam sebaceam ex clavo pendentem. Arripit celerrime sebaceum, & absque mora iniecit ori, cupiens conatque candela tali protrudere ovum; sed frustra. Nihil enim aliud effecit, quam quod sebo candela in gutture apud ovum relicto, ellycniun, seu sula nuda retraxerit. Hic spe frustratus, humi procumbit instar bovis maectati, memoria loquendi facultate omnino privatus: & iupinus jacens, fuliginosum & velut Aethiopicum induit vultum, & gutture divina ultione contracto, tristissimam efficit animam. Parocho memorato cum sacrosancto illo pane caeli adstante. Is enim simulatque infirmam communionis participem fecisset, ex illa domo rediens, audit miserabiles voces ex taberna resonantes: horrore percussus, introcurrit cum venerabili Sacramento, rogat, quid illic fit negotii; audit ex ore praesentium rei gestae seriem; hominem divinitus percussum videt humi palpitantem, & cum morte certantem, paulo post expirantis guttur fractum, ovo nunc instar tuberis intercurantem in altero colli latere, & non in faucibus residenti. Haec ego ad verbum scribo ex ore ipsius Parochi Domini Antonii Votstensis, qui apud Noviomagenes curam gessit animarum annis 26. & amplius, magna cum laude, usque ad extremos furores Gustorum, & Parochus pariter & Canonicus ibidem: in praesens autem ob verbi Domini gratiam, & bonitatem suam, Catholico Resensium gregi gratissimus pastor. Miraculum istud nulla unquam oblivione obliterandum, verum sermone tantum omnium ferè Belgii habitatorum, verum etiam publico carmine celebratur, quod ab omnipotente misericordia vel profectum creditur ad constabulandum Catholicae fidei veritatem, quo tempore gravissima imminerebatur periculis. *Bredemb. sup. Davonius in Cathedral. Hister.*

Dade Cyri emporium est. In eo monasterium est, quod dicitur Philoxene. Ad id cum venissemus, invenimus ibi Monachum genere Melinienem, Isidorum nomine; hunc vidimus sine ulla intermissione cum ejaculati stentem. Cum autem rogaretur ab omnibus, ut aliquantulum quiesceret, & à fetu temperaret, nulli penitus acquiescebat, dicens omnibus: Nimirum peccator sum ultra omnes, qui ab initio feculi fuerunt. Cum autem illi diceremus: Nullus certe sine peccato est, nisi unus Deus: respondebat dicens: Ve rarer fratres, nullum invenit inter homines similem mihi peccatorem, nullumque majus delictum, quam meum. Et ut cognoscatis, me vera prosequi, audite peccatum meum, ut & vos oretis pro me. Ego cum essem in seculo, uxorem habui. Eramus autem ambo Severiani dogmatis. Cum ego die quadam venissem domum, non inveni uxorem meam. Audivi autem, quod abisset ad vicinam mulierem, ut illi communicaret (erat autem illa Catholicae religionis & fidei) curricque protinus volens prohibere. Profectus autem domum, inveni eam communicasse. Quare indignatione concitatus, apprehendi guttur ejus, fecique illam evomere sacram communionem. Sumpsi deinde particulam sanctam huc illucque iactabam, donec in lutum cecidit. Mox autem vidi coruscationem in eodem loco sanctam assumpsisse communionem. Post biduum verò aspicio virum quasi Aethiopen semicinctis vestitum, dicentemque mihi: Ego & tu simul in unum supplicium condemnati sumus. Etego ad eum: Tu, inquam, quis es? Respondit: Ego, sum, qui conditorem omnium Dominum Jesum Christum in maxilla percussis passionis tempore; atque hac de causa à fetu temperare non possum.

Sophron. *Prat. Spir. c. 30.*  
Frisio quidam arte pugil in provincia Frisia extitit, qui quoties de taberna ebrius rediit, toties uxorem verberibus & plagis fatis tribulavit. Tempore quodam timore mariti infirmitatem simulans, ne simulatione eadem posset notari, corpus Domini sibi dari postulat. Venienti sacerdoti pugil cum scypho ceryvisae ebrius occurrent, bibere monuit: & cum ille recederet, Corpus Domini porto, non modo bibam; iratus Friso cum scypho pyxidem percussit, & omnes hostias de illa excussit, ita ut per pavimentum dispergerentur. Matrona verò, quae consolationis gratia convenerat, super singulas hostias tanquam stellas radiantes viderunt: quas sacerdos gemens ac dolens in pyxidem recollegit, & abiit: Friso

verò à Decano provinciae citatus, excommunicatus est, sed non curavit. Qui tandem ad hoc compulsus est, ut cruce pro tanto sacrilegio signatus, cum jam dicto sacerdotem etiam cruce signato veniret Romanam. Cui Dominus Honorius Papa cupiam consentiens praesentiam in iunxit, ut mare transiret, ibique tribus annis in aris Christo serviret. Quid plura? Mare transierunt ambo, & ante Damiatam mortui sunt ambo. Quibus defunctis, cum anno eodem Dominus provinciam terribiliter plagasset, & causa plage populum lateret, matrona cuidam valde religiosa, Domino in jejuniis, orationibus, vigiliis & elemosinis servienti, materet videlicet Domini VV. niboldi Abbas S. Bernardi, beata Dei Genitrix Maria, lacrymis ejus mota, populique misera, apprensus, sic ait: Propter injuriam filii mei in Sacramentum corporis ejus factam merita est Frisia, & adhuc amplius plagabitur, si condigna poenitentia non fuerit subsecuta. *Joan. Naucl. volum. 2. gen. 4. an. 1220.*

Anno 1563. cum Ephordiae D. Sigillifer Theodorius Baumejer venerabile Sacramentum in festo Corporis Christi in processione portare, ac Lutheranus nobilis blasphemio ore diceret: Ecce, quem cuculum hie senex portat; statim dat poenas blasphemiae: prociens enim in terram, fit epilepticus, portatur in ambitu in sacellum, accersitur medicus D. Joannes Hebenfreit, qui continuo asserit esse casum desperatum. Post paucos dies in magna impatentia moritur. *Guiliel. à Gent. libello de Eucharist. edito Coloniae.*

Cum Romae via Appia sanctus Tharsitius acolythus & martyr quodam die deiceret Christi Corporis Sacramenta, nec vellet ea discitibus prodere Paganis, Indigenum judicantis, porcis margaritis prodere, tandem ab eis subitibus ac lapidibus est maectatus, quo usque spiritum exhalaret: & revolutus ejus corpore, sacrilegii discitulos nihil Sacramentorum Christi in ejus manibus ac vestibus invenire potuerunt. *Martyrol. Vjuardi 15. Aug. an. 812.*

Nec illud sanè silentio praetereundum est, quod anno Christi millesimo trecentesimo quadagesimo quinto apud Cracoviam accidit. Nam cum consecrati quidam homines sacrilega cupiditate adducti Sanctissimum Corpus Christi sub forma panis recondidit, cum serculo suo è templo omnium Sanctorum memoriae dicato suffurati essent, atque id sacellum non aureum, ut crederentur, sed aeneum inauratum comperissent, apud Bubalum, five Bavalum pagum suburbanum, qui erat in ditone Collegii Basilice Cracoviensis, in cenosium paludem id irreverenter abjecerunt. Mox locus crebris ignibus atque faculis dies noctesque aliquot perpetus collustratus est. Id miraculum cum ad Episcopum perlatum fuisset, neque causa tamen ejus pateret, post triduanum jejunium Episcopus eò cum solemnibus pompis Sacerdotum & supplicationibus profectus est, repertamque sanctissimam Eucharistiam, ingenti cum veneratione eò, unde sublata erat, retulit. In eo verò loco, ubi ea reperta est, Cazimirus in sequenti anno augustum templum tituli Corporis Christi decoctis lateribus aedificavit. *Cromerus de reb. Polon. lib. 12.*

Anno millesimo quadringentesimo quinquagesimo tertio quadam feria 5. & 6. die Junii circa horam decimam, grande virtute sacratissimae hostiae Taurini visum est miraculum, proat videre est in littera quadam authentica, quae in hunc usque diem extat impressa, & adhuc in praedicta civitate imprimitur, in tanti ac tam stupendi miraculi memoria perpetuam. Historia autem est talis. Existeret discordia quadam inter Francos, Sabaudos, & Pedemontanos, ratione quorundam mercatorum, qui una cum mercibus suis retenti, & intercepti fuerant Insullae, accidit, locum istum evertit, ac plene devastatum fuisse. Inter alia autem accidit & hoc; quendam scilicet in Ecclesia sustulisse tabernaculum argenteum, in quo requiescebat sancta hostia consecrata, quam & in face quadam occultavit. Ille verò praedictam sarcinam mulo superimponens, recta cum illo processit per Sufam Vigilianam, & Rivoli Sufinam, & ubi Taurinum devenit per portam templo S. Silvestri proximam, multus fuit in terram pronus dejectus, & abique humano ullo interveniente medio & cooperatione, sarcinula mulo superinjecta seipsum miraculose retravit, & simul tabernaculum ex eodem profilit, in aera se sublevans, per magno splendens lumine, ut ad instar solis cujusdam solares radios emittere videretur. Hoc primo vidit venerabilis quidam vir nomine Bartholomaeus Cocone, qui confestim adit Reverendissimum Ludovicum Romagnan pro eo tempore Episcopum Taurinensem, Crucis vexillo comitatus, nec non

A non & omnibus Ecclesiasticis personis circumcinctus, solemni pompa locum petiit. Quò ubi pervenit, statim in genatam proruit, ideam omnibus facientibus, qui tam insolito adertant spectaculo: & tunc miserabile dictu! ipsum posteriorum in terram decidit, ipsa sola hostia in aere suspensa, & haerente, & summe splendescente. Propter quam causam Episcopus calicem deserti mandavit, & stans devotè hostiae cum imposuit: tum ipsa hostia in eum protinus descendit, & tunc magna cum solemnitate & reverentia eam in Cathedrali Ecclesiam detulit; in qua postea fabricatum est tabernaculum admodum nobile & speciosum, quod perduravit usque in tempus, quo innovata Cathedralis Ecclesia. In cujus facti piam sanctamque memoriam, extractum fuit in praedicta Ecclesia sancti Sylvestri sacellum sacratissimi Sacramenti, in quo depictum conspicitur praedictum miraculum, & insuper ibidem devotissima confratritas erecta est. *Seraph. Rarius Dominican. in horula Exemplor. tit. 32.*

Vide exemplum memorabile in loco Scerrilitatis. Titul. Scerrilitatis exercitatio, saltando, &c. s. In Pago ditionis Magdeburgensis, &c.  
**NON ESSE PLURES CHRISTOS SUB DIVERSIS HOSTIIS: SED UNUM & EUNDEM.**

Varis Symbolis, & Exemplis innotebit.  
ACHMETI Saracenus B. Samonae Gazzo inter alia propositum memoratur, teste *Guilmundo Azoer. lib. de verit. Euch.* an plures Christi in pluribus hostiis, cum singulae etiam dividi valeant, & fide Catholica etiam sub minima portione totus Christus existat. Si queris modum, ait *Lasfranc. Camuaricis lib. 1. de Euch.* quò id fiat, breviter respondeo, Credi salubriter potest, vestigari utiliter non potest. Ad lucem aliquam in ea caligine dabunt, quae isti B. Samonae repositi, & per quae illum manu velut duxit.

Si quispiam, inquit, speculum terrae alisit, & in fragmenta comminuit, nonne in omnibus tamen figuram & imaginem suam salvam esse videt, & integram? Ita carnem Christi in pluribus hostiis salvam conficere, & integram in quacunque hostia, & cujuscunque hostiae fragmento. Addit: Nonne qui verbum eloquitur, illud ipsum recipit, & ad instantes quotquot sunt, integrum transmittit? Sic de Christi corpore intelligit. Ipsum enim in dextra Patris sedet, & nihilominus fit diversis hostiis in fragmentis panis, vivit, virtute verborum Sacramentalium constituitur, ac integrum quidem & indivisum simul eodem collocatur & manet, quoad illae durat & perseverant. Utitur autem eodem symbolo, *Imoc. lib. 4. de mystic. alt. cap. 27.* Miraris, inquit, quòd verbum Dei juxta Sacramenti virtutem, totum simul in diversis locis existit: & non miraris, verbum hominis juxta vocis naturam, totum simul esse in auribus diversorum. Quid queris naturam in Christi corpore, cum praeter naturam sit natus de virgine?

**EXEMPLA ILLORUM QUI CORPORE SIMUL IN DIVERSIS LOCIS VISI.**

Christus itaque, sicut in singulis partibus est totus, ita & diversis locis est unus. Quod exemplis hominum, qui simul diversis locis existerent, confirmari potest.

Refert *F. Marcus de Lisbona in Cron. Fr. Minor.* Troilum quandam inter Germanos virum praenobilem, affinem quandam habuisse ab impuro spiritu possessam, qui priusquam demonis subisset imperio, vitae fuerat exemplaris, cunctisque pietatis ac Christianae disciplinae ornamentis excolta; quas virtutes ei demon eripere conabatur; nunquam tamen ipsi ingressum Ecclesiae, quoties vellet, aut cum marito commercium prohibebat. Post haec Mulier, consummato Missae sacrificio, templo cum frequentem populi turba, in qua etiam erat Judaeus, aliquando egredere, accidit, ut sacerdos illac praefaberet, sacrosanctum Christi corpus, quod manibus praefaberet, agro ministraturus. Quod ubi adverterent omnes, in genus provoluti, Dominum adoraverunt, Judaeo excepto. Quod cum observasset mulier, mox exurgit, dictoque citius collo impingit, haec proliciter: Infelix! Quidni superplex Deum omnium creatorem una pariter veneraris? Cui ille: O mulier, multos huc similes Deos est reperire: singulis etenim singulos altariis, dum sacra mysteria peraguntur, adesse pro comperto est; & tamen unum solum ac verum Deum esse asseritis. Hac ubi distinxit, mox à maligno spiritu, qui mulierem invalerat, cribrum Judaei manibus inpositum est, cum mandato, ut soli opponeret, & singulos solis

radios per singula foramina perlucens observaret. Quod ut E. fecit, ait illi mulier: Dic, aegedum, an quòd plures hie radios intueris, plures propterea signas esse dixeris? an verò unicum? Nequaquam, inquit, quia omnes istos radios ab uno sole procedere nemo ambigit. Sic, inquit mulier, in hoc altaris Sacramento agi scias: unicus enim est Deus indivisibilis & immutabilis, seipsum licet pluribus in locis sacrosancto Eucharistiae Sacramento praesentem exhibeat. Sic denique factum, ut à demone obstinata pertinacis Judaei convinceretur incredulitas.

Cum tempore Gregorii Thaumaturgi maxime ferviret Gentilium rabies in viros, mulieres & pueros, quibus Christi nomen erat venerabile, & ipse se per fugam, non sine Dei numine, populo conservasset, animi oculo intuens ea quae fiebant, divinum auxilium iis, qui sic decertabant pro fidei confessione, invocabat. Cumque aliquando una cum iis, qui cum eo erant, Deum oraret, repente angore & animi perturbatione plenus, aperit praec tulit iis qui aderant, à se spectaculum videri alienum, seque id agrè ferre, aureque obstruere tanquam sono aliquo ad eum perveniente, & non exiguo intersecto intervallo; cum toto tempore, quod intercessit, inflexibilis mansisset & immobilis, tanquam propositum spectaculum bonum esset exitum assecutum, ad suam rediit constantinam, & clara voce Deum laudavit, hymnum victoriae & gratias agendis appositum pronuncians, quem sepe audivimus David dicentem in Psalmodia: Benedictus Deus, qui non dedit nos in captivum dentibus eorum. Iis autem admittantibus, & ut ex eo scirent rogantibus, quomodo fieri hoc spectaculum, quod ejus oculis subiectum est, ferre distinxit: Se illo tempore magnum vidisse casum, prostrato diabolo à quodam adolescente in certamine pro pietate. Iis autem quòd dicebatur adhuc ignorans, majori freus auxilio, magnis sudoribus pro fide decertavit, àlictoribus productus ad praesidem: nomen quoque adiecit, cum nominans Troadium: & quòd post multa, quae fortiter tulit, tormenta, fuit martyrii corona redimitus. Haecque ita facta esse, ut ipse dixerat, ab ejus Diacono exploratum atque inventum est. *Ex Gregor. Nyssen. in vita ejus. Baron. tom. 3. Annal. an. 253. n. 133. 134.*

Nobis apud Mediolanum constitutis, Carthagini Rhetor Eulogius, qui meus in eadem arte discipulus fuit, sicut mihi ipse, posteaquam Africam remeavimus, reulit, cum Rhetoricis Ciceronis libros discipulis suis traderet, recensens lectionem, quam postridie fuerat traditurus, quendam locum offendit oblitum: quo non intellecto, vix potuit dormire sollicitus. Qua nocte somniant ego illi, quòd non intelligebat, exposui. Imò non ego, sed imago mea, nesciente me, & tam longè trans mare aliquid aliud vive agente, si ve somniant, & nihil de illius rebus omnino curante. Quomodo fiat ista, nescio. *D. Aug. lib. de cura pro mortuis gerenda, c. 11.*

Quid uni ex Ducibus Theodorici Regis Italiae, civitatis Arelatenis custodiam agenti, acciderit anno quingentesimo octavo, hoc loco non est praetereundum, quòd Greg. Turonensis narrat his verbis: Aran, inquit, Theodorici Regis Italiae Dux, dum in Arelateni urbe resideret, extrit ei quidam Archipresbyter Parochiae Nemausensis in vestibus. Tunc servens selle contra eum, misit pueros, dicens: Ite quocumque, & ligatis pedibus ac manibus adducite eum cum vi, ut cognoscatur quòd sim dominus regionis hujus. At illi non intellexerunt Archipresbyterum, punaverunt, quòd Archidiaconum jussisset adduci. Et ascensis equibus venerunt ad urbem; interrogantesque de Archidiacono, digito eis ostensus est. Erat enim hie, Joannes nomine, vir religiosus, & in Archidiaconum suo studium docendi puerulos habens: apprehensumque pueri Ducis, ligatis manibus ac pedibus, sub alvo equi adduxerunt eum. Sed non desit virtus martyris Bandelii alumno proprio subvenire. Pueri verò juxta portam, Arelatenis scilicet civitatis, cum eo mansionem habuerunt, quia jam obliteras pro nocte portarum valvis ingredi non poterunt. In ipsa verò nocte, Duce dormiente, adest ei Archidiaconus per visum dicens: Quid tibi, o homo, culpabilis extitit, quòd me in hanc humiliatam redactum, cum tali jussisti injuria acceresci? Verè dicam tibi, quia non effugies iudicium Dei. At ille expergefactus consternatusque metu, exclamavit: Inquire, si pueri, quos Nemausium direximus, jam venerunt. Interrogantesque de muro urbis, responderunt se adesse cum homine. Renunciavit nunciis quae audierant: confestimque Dux ait: Exhibere ad me homi-



A hominem, quem adduxit. Quod cum factum fuisset, aspiciens eum Dux, timore perterritus, ait: Archiepiscopus eum ego adduci precepi, non Archidiaconum. Et prostratus ad pedes ejus, ait: Indulge, queso, injuriam delicti hujus, quia non est in conscientia mea, ut hæc passus fuisset: & statim dignis honoratum muneribus remisit ad urbem, in quem in tanto honore pro ipsa martyris reverentia dilexit imposterum, ut decedente urbis illius sacerdotem, ipsum sacerdotem mandavit institui. Sed nec Archiepiscopus amplius inquit iussit. Hæc ille. *Greg. Turon. lib. de Glor. marty. cap. 78. apud Baron. tom. 6. an. 508.*

Plura exempla illorum qui simul diversis Locis existunt, require in Littera L. ubi de loco agimus.

**\* APPARITIONES PRO VERITATE EUCHARISTIAE AC PRIMUM QUOAD VERITATEM CORPORIS.**

Nemo qui sanctorum vitas & exempla legerit, potest ignorare, quod sæpe corporis Christi, & sanguinis sacramenta, aut propter dubios, aut certe propter ardentius amantes, visibilibus specie, in agni vel pueri forma, aut in carnis & sanguinis colore monstrata, ut quod lateret in mysterio, pateret in miraculo. Beato enim Basilio in die Paschæ mysteria celebrante, Hebræus quidam se, sicut Christianus, populo commisit, officii volens explorare mysterium. Qui vidit infantem parvum in manibus Basilii, & communicantibus omnibus, venit ipse, & data ei hostia verè caro est facta. Et servans reliquias, abiit in domum suam, ostendens uxori suæ, narrans que propriis oculis viderat. Accedens ergo ait: Verè horribile & admirabile est Christianorum sacramentum. In crastino venit ad Basilium, & baptizatus est, cum omni domo sua. *Thom. Aquin. opus. de Sacram. altaris. c. 11. circa an. 371.*

Dixit Arsenius de quodam Sene in Scythia, qui erat magnus in hac vita, simplex autem in fide, & errabat, quia idiota erat, & dicebat, non esse naturaliter corpus Christi panem consecratum, quem sumimus, sed figuram ejus. Hoc audientes duo senes, illum dicere hunc sermonem, & scientes, quia magna esset vita ejus & conversatio, cogitaverunt, quod innocenter & simpliciter hoc diceret; venerunt ad illum, & dicunt ei: Audivimus, Abba, sermonem cujusdam infidelis qui dicit: Quia panis, quem in sacra communione sumimus, non est naturaliter corpus Christi secundum veritatem, sed figura ejus. Senex autem respondit eis: Ego sum, qui illud dixi. Illi autem rogabant eum, dicens: Non sic credas, Abba, sed sicut Ecclesia Catholica tradit. Nos autem credimus, quia panis ipse corpus Christi est, calix iste sanguis Christi secundum veritatem, & non secundum figuram: sed sicut in principio pulverem de terra accipiens plasnavit hominem ad imaginem suam, & nemo potest dicere, quia non era imago Dei, quamvis de terra & pulvere sit: ita & panis, quem dixit quia corpus meum est, credimus, quia secundum veritatem corpus Christi est. Senex autem ait eis: Nisi te ipsa cognovero non mihi satisfacit ratio vestra. Illi verò ei dixerunt: Deprecemur Deum hebdomada hac de mysterio hoc, & credimus, quia Deus revelabit nobis. Senex autem cum gaudio suscepit sermonem istum, & deprecabatur Deum, dicens: Domine, tu nosti, quia non ex malitia incredulus sum rei hujus, sed quod per ignorantiam errem. Revela ergo mihi Domine Jesu Christe, quod verum est. Sed & illi abeuntes in cellas suas, rogabant & ipsi Deum, dicens: Domine Jesu Christe, revela sibi isti mysterium hoc, ut credat, & non perdat laborem suum. Exaudivit Dominus utroque, & hebdomada completa, venerunt Dominico die in Ecclesiam, & sederunt ipsi tres soli super sedile scripturæ, quod in modum facis erat ligatum; medius autem sedebat senex iste. Aperi sunt intellectuales eorum oculi, & quando positi sunt panem in altari, videbatur tribus illis tantummodo tanquam parvulus jacens super altare. Et cum extendisset presbyter manus, ut frangeret panem, descendit Angelus de cælo habens cultum in manu, & sacrificavit puerulum illum; sanguinem vero excipiebat calice. Cum autem frangeret presbyter in parva frusta panem etiam Angelus incidebat membra illius pueri in modicas partes. Cum verò accessisset senex, ut acciperet sanctam communionem, data est ipsi soli caro sanguine cruenta. Quod cum vidisset, perterritus, & clamavit, dicens: Credo, Domine quia panis, qui in altari ponitur, corpus tuum est: & calix sanguis tuus est. Et statim facta est illi caro in manu ejus

panis secundum mysterium, & ore sumpsit illum, agens gratias Deo. Dixerunt autem ei senes illi: Deus novit humanam naturam, quod non potest vesci carnis humanis, & propterea transformavit corpus suum in panem, & sanguinem in vinum. *Metaphrast. in vita Arsen. Bredemb. lib. 1. c. 30. & alii.*

Quasi triginta milibus ab Egina civitate Cilicie Syriacæ monachi duo erant separati innoxii sex milibus passuum. Ex his igitur alter sanctæ Catholice & Apostolicæ Ecclesiæ communicabat: alter autem, qui plus temporis in columna egerat, Severianæ impietatis erat, variisque modis hæreticus Catholicum criminabatur. Ille verò divinitus inspiratus, petiit ab eo, ut partem sibi mitteret communionis suæ: Qui gaudio elatus, quod quasi illum seduxisset, prociudis misit nihil hæsitans. Suscipiens autem Catholicus misam ab hæretico sectatore particulam, in ferventem ollam iniecit, moxque resoluta est: sumptam quoque Catholice Ecclesiæ sanctam communionem, in eam conjecit, statimque fervens olla refrigerata est, & sancta communio permansit integra, neque madafacta est; quam & diligenter servavit, & ostendit nobis, cum ad illum venissemus. *Baron. tom. 6. annal. an. 513. ex Spononio.*

Matrona quaedam B. Gregorio, per stationes publicas, Missarum solemniam celebranti, solitas oblationes obtulerat. Cui post mysteria traditurus, cum diceret, Corpus Domini nostri Jesu Christi conservet animam tuam; lasciva subriit. Ille autem continuo dexteram ab ejus ore convertens partem illam Domini corporis super altare deposuit. Expletis verò missarum solemnibus, matronæ coram populo inquisivit, quam ob rem corpus Dominicum sumptura ridere præsumpserit. At illa diu multans, tandem prorupit, Quia panem, inquit, quem propriis manibus me fecisse cognoveram, tu corpus Dominicum perhibebis. Tum Gregorius præ incredulitate mollis, cum tota plebe se in orationem prostravit: Et post paululum surgens, particulam panis, quam super altare posierat, carnem factam reperit. Quam coram cunctis incredulæ matrone demonstrans, ad credulitatis gratiam tam illam revocare potuit, quam totum populum confirmare curavit. Rursus itaque in orationem cum eisdem prostratus, carnis frustum in panis primordia reformavit. *Paulus Diac. & Joan. Diac. in vita S. Gregorii magni.*

Incessit cupido Principi Saxonum VVidekindo lustrare Regis Caroli Magni castra; quod ubi palam jam reconciliatio liceret, libuit tamen ignoto habitu liberis omnia scrutari. Vicina erat Paschalis solemnitas, & Rex cum universo milite pro Christiana pietate festum facris imminuentibus apparabat, commemoratione Dominicæ passionis, & expiatione criminum, in purgatione conscientie. VVidekindus mendici habitu per fluvium in pavula illabatur, & quo minus nole-retur, mendicus cum mendicis ad stipem sedebat. Ingens quippe pauperum regionis multitudo quotidie affectabatur. Rex illis largiam stipem jussit erogari. VVidekindus, ubi ad eum perventum est, dexteram & ipse protendit. Attendit, qui distribuit, incurram in manu dignum, qualem scitebat habere VVidekindum. Vultum ejus diligentius intueus agnoscit ardens, qui largiebatur: Quid ita mendicis inter mendicos federet Princeps ditissimus, percontatur. Ille nihil ad hæc, sed ad Regem se jubet introduci. Erat tum sanctissimus Paschæ dies. Rex hilariter excepit venientem, percontatus, quid sibi vellet indignus Principe habitus. Ille sub hæc: Volui, serenissime Rex, hoc habitu incognitus, ut sperabam, lustrare secreta gestorum, quæ cognitus non tam sidenter adspicerem: curiositas induxit, ut latibulum quaererem, qui inter tuos nunc in gratiam susceptus, propterea poteram percontari, quæ vellem. Quid igitur, inquit, Rex vidisti, quod te vidisse delectat? Ille, ut erat adhuc rerum Christianarum rudis, subintulit: Vidi, quod mirabar, ante biduum te vultu demisso tristem, incertus quid contigisset, quod tantum Regem constiterat. (Commemoratio fuit Dominicæ passionis, quæ die paracletus regium vultum obscurasset.) Rursum, inquit, vidi hodierna die te primum sollicitum, & ad rem attentissimum: postea quod verò mensam adieras templo mediam, ita hilari mihi conspectus es vultu, ut repentina in te commutationis me caperet miraculum. Stupor autem erat videre, quod de manu purpurati sacerdotis singuli pulchellum puerum in os susciperent, quem quibusdam ludibundum arride-re, utroque preparare: aliis verò abortentem avertebat vultum; & tamen in ora demissum, nec redeuntem aspexit. Hoc

A Hoc quid sit, necdum accipio. Tum Rex: Bene, inquit profecisti; plus tibi aliquid, quam cunctis sacerdotibus, & omnibus nobis ostensum est. Inde mutata veste, manu secum abstracto quocum grande pietatis mysterium in altaris Sacramento. Dicitur de cognita, exhilaratum eum orasse, ut proprium illi sacerdotem permitteret, qui divinæ rei curam haberet, crebriusque in conspectu perageret altaris sacramentum ministerium. Rex etiam Pontificem illi datum promittit, modò illi habitationem Episcopum dignam provideret. Ducem verò arcam suam ad VVieram utriusque capacem ostendisse: deditque in eisdem arcis non exiguo circo locum edificandæ Ecclesiæ. Ferunt proinde nomen Ecclesiæ provenisse, quòd meum & tuum, quasi communis deorum possessio, sonat in lingua Saxonum vernacula, Min, Din. Erat vir præcipua religio Herimberus, qui cum Carolum latere non posset, dignus est habitus, quem primum præfecerit Ecclesia Mindenfi Episcopum. Adjecti illi ministeriales non paucos, nec parvos, ut haberet Ecclesia defensores suos. Illi verò quia ex imo gradu in nobilitatem excreverat, ut partim Comes, partim Ducis fierent, prævisse matrem videntur. Ornata autem est Ecclesia jam tum ab initio multis sanctorum reliquiis, Feliciani, Fulginati Episcopi & Martyris, Theodori Episcopi, Carpophori & Habundii Martyrum. Profecit autem Ecclesia tam in spiritalibus, quam temporalibus, sub hoc Pontifice, agente novitio fervore in populo recens converso: instante nihilominus bono Pontifice, qui frugem divini verbi caravit in populo multiplicari. *Alb. Granzius lib. 2. Saxon. cap. 23. Bredemb. lib. 1. c. 5. an. 785.*

Anno Domini 1153. Colonia quidam ex patre Judæo, sed converso, dum Sacramentum Corporis Christi in solemnitate Paschali ore tenus suscipisset, & Ecclesia egressus, necio quid exinde acturus, domum inferre cogitasset, divinitus territus exhorruit, & nesciens quòd se verteret, fossa in coemeterio facta, sacrosantum corpus Dominicum in ea sepelivit. Superveniens autem Sacerdos, & rem dicens, fossam aperuit: & infantuli formam inveniens, eumque reverenter manibus elevans, ad Ecclesiam portare voluit: sed (mirum dictum) luce coelitus emissa, puerulis manibus tenentis elabens, in ipsa luce cadens, cælos penetravit. *Joan. Trithemius in Chron. Monast. Hirsaugiens. anno 1153.*

Presbyter quidam Plegius nomine, Religiosus valdè, cum sanctam duceret vitam, cepit piis precibus Deum pulsare, ut sibi monstraret naturam corporis & sanguinis Domini. Venit ergo dies, ut idem more solito divina celebraret: & post Agnus Dei, procumbens genibus: Creator, inquit, & Redemptor omnipotens Deus, pande mihi exiguo in hoc mysterio naturam Corporis Christi, ut mihi liceat eam prospicere in forma pueri, quem olim sinus Maris tulit vagientem. Et ecce Angelus de cælo veniens, affatur: Surge propter, si vis Christum videre: ad præfens corporeo vestitus amictu, quem calix purpureus gessit. At Presbyter pavidus surgens vidit super aram purpurem sedentem. Qui Angelus: Quia Christum videre placuit, quem sub specie panis verbis sacra, mysticis nunc oculis inspicere, & tracta manibus. Tunc caelesti lumine Sacerdos fretus, quod mirum dictum est, in ulnis tremantibus puerum accepit, & pectus proprium pectori Christi adjunxit. Deinde profusus in amplexus, dat dulcia Deo oscula, & suis labiis pressit pia labia Christi. Quibus ita peractis, restituit puerum in altari: & rursus humi prostratus, deprecatur Dominum, ut dignetur ipse vultu in speciem pristinam: surgens invenit corpus Christi remansisse in formam priorem, & sic sub specie de bita communicavit eidem. *D. Thom. Aquin. Opusculo 88. cap. 11. Paschasius Corbojensis lib. de corp. & sang. Domini in Euchar. c. 4.*

Anno millesimo ducentesimo quinquagesimo octavo, cum quidam Presbyter sacratissimam Missam Parisiis celebraret in sacello quodam ante Regiam, populoque ostendendam divinissimam Eucharistiam sustulisset in altum, pro specie panis, plurimi qui aderant, conspexere formosissimum puerum. Quocirca nonnulli rogarunt Presbyterum, ut tam diu subsisteret manibus illi miraculi factus Rex Ludovicus, negavit se eo profecturum, quòd non credentibus hæc signa existerent; sibi verò persuasissimum, verè in Eucharistia Christi corpus esse. *Vigerius in Inst. c. 16. §. 3. Beyerl. in appob. Christ.*

Oppidum Duacense amplius & magnum est inter Cameracum à dextris viæ, & Atrebatum nobilissimas civitates. Hic in Ecclesia S. Amati Episcopi, cum Sacerdos in Pascha communicato populo corpus Christi super nudam terram stupe-

factus invenisset, & flexis genibus elevare tentasset: mox per se in aera sublevarum, panniculo, quo consecratos digros Sacerdos detergere solet, inhaesi. Clamans ergo Presbyter Canonicos vocat: accurrunt illi, spectant in panno corpus vivificum in specie faciei venustissimi pueri. Et mox convocato populo ad spectaculum præsentatur, & indifferenter, & nulli tanta cœlitus visio denegatur. Hæc cum audissem fama vulgante, veni in oppidum quod prædixi. Accessi ad Decanum Ecclesiæ, cui optime notus eram: petii videre miraculum: annuens ille precepit, ut feret: aperta est theca, currebat populus, moxque ubi pyxis revolvitur, clamant omnes: Ecce jam video, ecce conspicio Salvatorem. Stabam ego attonitus nihil videns, nisi tantum speciem panis albissimi, nihil quidem conscius mihi, quare sacrosantum corpus cum cæteris non viderem. Nec diu mecum ista volebam, cum ecce vidi faciem in mensura ætatis plenitudinis Christi, spemam habentem in capite coronam, & duas guttas sanguinis de fronte ex utraque parte nasi per faciem descendentes. Mox igitur genibus flexis cum lacrymis adoravi. Surgens autem, nec coronam in capite, nec sanguinem vidi: sed faciem hominis super omnem effigiem honoratam, conversam ad dexteram, ita ut vix oculis dexter videri posset. Natus erat admodum longus, directus valdè, supercilia arcuata, oculos simplicissimos, & demissos habebat, casariam longam super humeros descendentem, barbam innotam, & vix mento curvatam, extrematamque sub ritu jucundissimi oris, ex utraque parte menti nudas propè à pilis habebat valliculas, ut juvenibus apparere solent, qui à puero barbam nutriunt, frontem latam, macilentas genas, & collum longum cum capite parum inflexum. Hoc schema, hic decoret benignissimæ faciei. Eam autem diversi diversimodè sub unius horæ spatio videre solebant. Alii in cruce extensum: alii quasi ad iudicium venientem: plerique, & hoc ex magna parte, sub pueri forma. *Thomas Cantiprat. lib. 2. opus. c. 40. p. 1. an. 1467.*

Notum sit omnibus Christi fidelibus, scribit Bredembachius, hunc spectabilem locum in devotione visitatis, quòd viridico relatu didicimus, & patres nostri narraverunt nobis, quòd Deus, qui mirabilis predicatur in sanctis suis, & mirabiliorem se exhibuisset circa venerabilis sui sanctissimi corporis & sanguinis Sacramentum, anno Domini 1331. Ubi olim in fovea hæc (quæ miro tabulatu concernitur in medio chori hujus Ecclesiæ) venerabile Sacramentum de ore cujusdam hominis, qui communicaverat, in specie infantuli dignoscitur essum fuisse, & super eandem foveam erectum fuerat oratorium parvum, & magno populorum concursu devotissimè frequentatum, secundum quòd scriptura & pictura edocent, cum variis signis & miraculis, videlicet, de submersis resuscitatis, de ruptis hominibus, de infantibus perichitatis in partu, de matribus eorum, & aliis multis admirandis; item de terra foveæ, ubi ferunt venerabile Sacramentum verum in substantiam pueri infantuli, infirmi febricitantes super eadem terra ponentes, frequenter sanati sunt, & indies sanantur, quam ob rem consueverunt peregrini eandem terram in exigua quantitate cum devotione deportantes, & sanitate percepta, cum gratiarum actione, hoc in loco venerabile corpus Christi devotissimè venerantes, & hudes Deo reddentes. Sed tandem circa an. Dom. 1423. crescente devotione fidelium, & pio præsertim comamine laudabilis viri Arnoldi Schilling civis Colonienfis superedificata est Ecclesia spectabilis, ut in præsentiarum est cernere, quæ per rectores, Presbyteros seculares, per septem ferme annos est gubernata; postea circa annum Domini millesimum quadringentesimum trigentesimum, prædictus locus templo ornatus est, & privilegium suis per consensum devoti viri Henrici Aelpli pro tunc Patoris Ecclesiæ parochialis sancti Christophori dotatus, deinde Reverendissimi Domini Theodoricus de Morla Archiepiscopi Colonienfis promotus fuit inde locus ad altiore statum, atque in monasterium Canonicorum Regularium Ordinis S. Augustini divina comitante gratia erectus; quo tempore primus Præfatus vel Prior hujus monasterii, venerabilis vita, scientia & moribus, F. Thomas Vanden Vvall professus in Monasterio Fontis B. Marie Virginis, propè Arnhem civitatem Geldricam, hic sepultus in choro nostro, qui laudabiliter Monasterio præfuit ultra annos... usque ad an. Dom. 1490. cujus etiam temporibus hoc Monasterium notanter auxit in ædificis, eleemosynis, & redditibus. Quo defuncto, eodem anno alius successit in locum ejus, Prior hujus Monasterii filius civitatis Colonienfis, qui considerans prædictam foveam quodammodo per oblivionem



**A** & incuriam obrui, & quasi penitus deleri, & illam omni honore dignissimam memoriam venerabilis corporis Christi, unde & hoc Monasterium nomen accepit, minori devotione coli, & negligi, devotionis zelo infirmatus, Dei adiutorio, & Christi fidelem subsidio eandem fovam renovavit, & titulo decoris solemniter erexit, cum luminaribus & indulgentiis, prout in propatulo claret. Idem considerans, Ecclesiam istam, uti novellam, paucissimis aut nullis reliquiis exornatam, ad quas colligendas semper devotionem singularem habuit, sollicitudine studiosa, & instantia maxima & laboriosa, diversas notabiles reliquias de societate sanctarum undecim mille virginum, & societate sanctorum Gereonis, Maurorum, & aliorum martyrum integra capita, nec non variorum articularum particulas sanctorum, & sanctorum martyrum, & conventu seu monasterio S. Ceciliae virginis, cui tunc temporis praefuit commissarius, sollicitavit, impetravit, obtinuit, & multo conamine aurata, argentata, luculenter decoravit. Quae pia devotione tempore peregrinationis, ac festivitatum temporibus, a peregrinis & incolis civitatis visitantur. Quo etiam tempore cum omni reverentia ea ostenduntur populis peregrinis. Idem cogitans & petrachans, ut haec praedicta mirabilia perpetuum rei memoriam haberent, anno Dom. 1497. inchoavit sollemnem fraternitatem venerabilis corporis Christi, & septem gaudiorum B. Mariae Virginis, in quorum etiam septem gaudiorum temporalium & aeternalium memoriam, Beatiff. Mariae spectabilen erexit Capellam ann. Dom. 1503. de oblationibus peregrinorum, tempore peregrinationis, ac cum subsidio aliorum amicorum atque Christi fidelem, fratrum & fororum eisdem fraternitatis, quae fraternitas in eadem Capella perpetuis temporibus frequentatur, continuatur, & firmatur cum redditibus, missis, vigiliis, orationibus, & aliis multis bonis operibus. Ut autem Christi fideles devotiis, & confidentiis ad hanc confraternitatem confluant, & se infcribi faciant, idem impetravit magno labore, & studio a Reverend. Dom. Raymundo Cardinali Presbytero, qui eodem tempore Coloniae causam legationis egit, certas indulgentias, pro omnibus, & singulis in eadem fraternitate venerabilis corporis Christi, atque septem gaudiorum B. Mariae Virginis in scriptis, quae patent in solenni Bulla de saepe concessa, ac sigillata, ac cum tempore numerosis patebunt, ex Curia Romana impetranda. His ita se habentibus, hortamur in Domino, & in visceribus B. Mariae Virginis, omnes Christi fideles, hanc domum Christi, & Capellam sanctissimae matris ejus, quam elegerunt in habitationem sibi, devote accedere, & divinum auxilium ac B. Virginis Mariae misericordiam, & consolationem ejus ardenti desiderio in suis necessitatibus implorare: non dubium, quin exaudiantur, & nullus vacuum recedet sine ejus consolationis gratia, prout ipsa promissit, dicens: Tranfite ad me omnes, qui concupiscitis me, & a generationibus meis implemini; concedente, & favente illo, qui fecit eam plenam gratiam, qui est Deus benedictus in saecula saeculorum. Amen. *Accidit Colonia in Ecel. Can. Reg. Bredemb. l. 1. c. 8.*

Sicut Deus aspirantem veritati, ita refragatur errori. *Petrus Damianus* in epistola, quam dedit ad Desiderium Cassinensem Abbatem, Synodo abolita rescribens ad litteras, quas ab eodem acceperat, dum Synodus haberetur, de eo quod tunc accidisset, ista habet ipso exordio. Recordatus sum litterarum, quas tu quidem sub interrogatione misisti: sed his ego, Synodalia praepeditus instantia, adhuc non respondi. Et haec in illis (si remittit valeo) continebantur epistolis: Quia zelotypa quadam mulier habens virum ex adulterii fraude suspectum, qualiter eum sibi vendicare posset proprio thoro contentam, a vicina petiit muliere consilium. Quae nimirum perverfa, & ultricribus flammis evidenter obnoxia, hoc eam sacrilegium venenata serpentes antiqui suadela perducit, ut corpus Domini quasi communicata perciperet, quod caute referens, viro suo postmodum non sine quibusdam maleficiis propinaret. Quod videlicet a sacerdote perceptum, usque dum occasio praeretur, pallio reservatum, non sine magno dedit stupore miraculum. Haec enim particula Domini corpus inventa est usque ad medietatem in carne conversata, altera vero medietas panis speciem non mutavit. Itaque si tunc remissor, hoc propofuisti: deinde quid portenderet, inquisisti. Super qua quaestione quia non necesse est dicitur immorari, brevi compendio, quid mihi videatur, expediam. Idcirco Deus omnipotens sacrosanctum illud mysterium in carnis speciem vertit, ut perfidiam reptobae mulieris argueret,

dum visibilem Domini corpus ostenderet veritatem, quasi videretur Deus suscipi, non ut in alteris, sed in propria sanctae majestatis gloria: haec enim devotio, haec erat fortis provisio, ut corde mundo & vestitu candido Deus immolaretur pro totius mundi piaculo. *Baron. tom. 11. an. 1004. ex Hildogaldo in vita Rob. Franc. R.*

Cum aliquando Lydvina virgo more suo noctu vigilaret mulier quaedam, cujus parvulus filius aegrotabat, consilium petura venit ad eam. Quam cum esset consolata, & gaudentem a se dimississet, mansit sola exercitiis spiritualibus incumbens in ipso crepesculo, anno dolorum suorum decimo septimo, circa festum B. Thomae Apostoli. Porro simulataque se dedit devotioni suae, viderunt domestici ejus magnam ignem in cubiculo ejus, quem ut extinguerent, ad eam concurrerunt. Sed cum nihil cererent, obstupuerunt: ait autem illis Lydvina: Itaque cum bona pace: hic nullus est ignis: ostio autem clauso, oro ut me nunc solum esse patiamini. Quod cum illi fecissent, virgo seraphica caelestis contemplationis suavitate perfusa, sursum ferebatur in Deum, atque in eum transformabatur, ut pro nobis crucifigi voluit. Non diu post remoto a facie panno, quo se tegerat, vidit ceu solare jubar in cubiculo radiare, vidit etiam Angelum suum B. prope se stare valde splendidum, eoque tacto, sensit corpus suum ad tempus plane sanatum; vidit praeterea astantes Angelos cum juvenes formosissimos, atque alium cruem, alium lanceam, alium clavos, alios alia passionis Dominicae insignia ferentes, sine noise lectulo assistentes. Postea vero etiam Matrem Domini cum sanctis non paucis advenire conspexit. Jacibat ut super palcos supra: erat autem iuxta eam lectulus, propter adventantes sic satis honestissime pueruli, & in lectulo illo se reponens, blandissime virginem aspicebat. Mox vero in perfectum mutatus virum, insit crucifigi tons rubicundus & sanguinolentus apparuit, coronatus spinea corona, & colore affectus, quo solet mortui. In eum ergo innuens virgo plane virgil miris obstupuit, commixtisque & gaudio & dolore affecta est. Cum autem in lucem mens illius absorpta esset, Christus lumen pariter & ardorem diffundens, in medio immensi luminis virginis corpuculo quinq; vulnerum tuorum signa luculenter impressit, impressaque reliquit. Cernens autem virgo ea tam aperta vulnera homines latere non posse, timenque concursum & applausum hominum, oravit Dominum, ita dicens: Maneat, obsecro Domine, hoc dignationis tuae Sacramentum inter me & te; sufficit enim mihi gratia tua. Mira res! confestim cutis texit vulnera illa, sed dolor atque livor perpetuo permansit. His ita gestis, vidit beatissimam Virginem arma passionis Christi, quae ferebant Angeli, reverenter ex illorum manibus accipere, eique deosculanda exhibere, ac deinde afferti ab oculis suis. Sentiens autem Lydvina se sensibilibus confixam, respexit ad pedes lectuli sui, viditque illic crucem stantem ea magnitudine, qua sunt illae, quae ad mortuos deferuntur: simul etiam pendentes in ea parvulum, & ex ejus vulneribus profluentem sanguinem. Eo spectaculo liquefacta anima ejus, ait ad Dominum: Gratias tibi ago, Domine, qui me indignam ancillam tuam sic visitare dignatus es. Audiens autem fenix pater eam loquentem, mirabatur, cui loqueretur. Scire autem vellet ut quis ibi apud eam residisset. Dixit autem ei filia: Rogo te, pater, ut oculos largas: habeo enim apud me crucifixum Dominum. Territus ille auctum furexit, vidit hostiam pulcherrimam; accititque domesticis & vicinis, ostendit eis rem stupendam. Omnes igitur cum timore & admiratione permoti sunt. Cernebat enim omnes hostiam, sed non eodem modo. Erat enim hostia illa nec tam parva, ut sunt quae plebi porrigitur: nec tam magna, ut eae, quae accipiunt Sacerdotes sacrificantes. Radius autem ejus extremam oram orbiculatim ambiebat: inuis habebat crucifixi effigiem cum crucis vulneribus. In latere uno speciatim habebat supernae vita una, pisi dimidii magnitudine: poteratque hostia ab omnibus peripicue videri, sed ab aliis jacens, a Christi virgine tanquam in aere pendula videbatur. Ad eam autem conspectum tam animo, quam corpore, adeo exultabat sponsa Christi, ut formidarent ei qui aderant, ne praer gaudio deficeret. Quaedam vero manum suam cordis ejus apponens, respice sensit cor ejus in Domino, & delectabatur in Deo salutari suo. Hanc hostiam multi viderunt, idque ju-rejurando confirmarunt. *Joan. Brugmann. lib. 2. vitae ejus c. 8. Surius 14. April.*

Vix biennium est, cum quidam, qui cum esset Catholici, diu se a Calvinista abstinerat communione: postmodum tamen quorundam delatorum minis, timens infelix temporalium amissionem, contra Christum & conscientiam, ad haereticorum Ecclesiam venit, qui illic conspexit, cum minister Satanae misero populo pollutum panem traderet, eam enim atque horribilem de manu ministris semper accipere, quem ille communicatus obtulerat. Quae terribilis, & infernalis visio sic ibi animo perculsus ac consternatus est diffusulatur, ut rediens domum, paulo post sit mortuus. Nec tamen exurgunt quidam a sopore mortifero, quo propter mammona mox perituros, mensis demoniorum & caelicis demoniorum juvat utque communicatio. *Ex Richardo Briefoto Virginienf. tom. 1. Motivarum Antiberet. circa an. 1570.*

Narrat B. Guirmundus quondam Archiepiscopus Averfanus, Judaeum aliquando interfuisse Missae Catholicae, Episcopo autem celebrante, & populo hostiam sacram exhibente, vidisse eum in manibus ipsius puerulum, eoque viso exclamasse, & baptismi gratiam postulasse. *Lib. 3. fol. 75.*

Insuper ad confirmandam realem corporis & sanguinis Christi in Eucharistiae Sacramento praesentiam, referunt *Annales Bavariae*, Leonem Pont. Henrico III. Imperatoris singulari munere ergo misisse tres hostias, quarum duas Greg. Magnus, tertiam vero ipse Leo consecraverat. Et quidem de prioribus ferunt, B. Gregorium, dum coram mariona quadam Romana in fide Sacramenti vacillante rem divinam faceret, eandem consecrasse: & primam quidem in carnem sanguinis apparuisse rubicundam, alteram vero in instam mutatam; sed fanchiff. Pontificis precibus denuo conversam, sanguinolenti digiti vestigium retinuisse. Illa vero quam Leo Pont. consecrasse creditur, salutiferum nomen Iesus cruentatum exhibuit, hodieque adhuc rubicundum apparere. Misit autem praedictas hostias sacras praedictus Leo Bambergam Henrico III. Imperatori, mansuetum in eadem Ecclesia usque ad tempora Bertholdi Comitris Andecensis, qui easdem dono accepit ab Ottone Episcopo, cum variis plagis affigeretur ob gravia populi scelera. Siquidem acceptis his sacris pignioribus, cessavit manus Domini, omniaque plaga cohibita sunt. Atque in tanti beneficii memoriam supra memoratae hostiae pretiosae hierothee in clausa, post tot saecula (sex ut minus numerantur) affervantur in monasterio Audecensi Ordinis S. Benedicti, in monte Sancto superioris Bavariae, Augustanae ditomis.

*¶ Vide nonnulla ex Loca de Divinatione. Tit. Religionis verae falsae divinationis. Synaxim. Misam. Lib. 4. hujus operis.*

APPARITIONES PRO VERITATE SANGUINIS IN EUCHARISTIA.

*¶ Vide exemplum ultimum Tituli prioris.*

Anno millesimo ducentesimo trigesimo nono, cum maxima Mahumetanorum copia procederent in regno Valentiae adversus exiguas nostrorum, & res ad extremum redacta esset, sex de nostris duces ad Deum confugere, & Eucharistiae percipiendae consilium ceperunt; & quando non aderam Presbyteri, quibus cum illi milites sua confiteri peccata possent, ipsi sex agere constituerunt. Verum dum Presbyter jam celebrasset Missam, protinus ad arma conclamatum, neque suinenda Eucharistiae tempus superfuit. Quocirca Deo freti duces adversus inimicos procedere; Presbyter inops consilii particulas sacratissimas linteoils (quae corporalia vocamus) involutas sub lapide occultavit. Victis mirabiliter inimicis, Presbyter, ut praedictos duces sanctissimo Christi corpore communicaret, produxit illas particulas: sed linteoils explicatis, vidit sanguinis guttis resperctis, & linteis affixas. Res divulgata conspectus admiratione replevit: & haud multo post moro adelf, inimicos copis resectis advenire. Nostri confirmatis praesenti miraculo animis, adversus illos progressi, petierunt, ut ex edito loco, quasi vexillum in hostes linteo producerentur. Quo facto in fugam conversi inimici. Cum nostri redeuntes non convenirent, quo loco mappulae cum sacratissimis particulis fixae resperctis, & ubi confisteret, ibi locus esset tanto miraculo. Mira res! Dorchoram versus illa iter suscepit, & quamvis a multis alio pelliceretur propositione pabuli, nunquam tamen conquevit, donec eo pervenit; & hospitali oppidi ingressa.